



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

57. De puella duodecim annorum, quæ post sumptionem SS. Eucharistiæ toto triennio à cibo abstinuit. Et Frisia grauitèr stuctibus marinis subuersæ anno 1271. ob irreuerentiam SS. Eucharistiæ præstitam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

illos ligauerat, absoluit, atque ante altare dicte  
Ecclesiæ reconciliauit, filia presbyteri cum  
duobus aliis continuò exanimata est, cæteri  
continuis tribus noctibus dormierunt, aliqui  
post obierunt. Cæteri verò pœnā suam mem-  
brorum tremore prodiderunt. Hoc scriptum  
reliquit Vbertus, qui fuit vnus ex iis.

*De puella duodecim annorum, quæ post sumptionem  
SS. Eucharistiæ toto triennio à cibo abstinuit, &  
Frisia grauiser fluctibus marinis anno 1273. sub-  
uersa ob irreuerentiam SS. Eucharistiæ præstitam.  
Cornelius Cornipolitanus in sua Chronographia.*

## CAP. LVII.

**T**estatur idem Cornelius in sua Chrono-  
graphia puellam xij. annorum accepta  
Eucharistia, sex mensibus in pane & aqua iei-  
unasse, & deinde triennio ab omni cibo &  
potu abstinuisse.

Idē recenset anno salutis humanæ M.CC.  
LXXIII. Frisiam ferè totam submersam fuisse  
fluctibus marinis, ac isthic periisse plus quàm  
centum millia hominum, idque propter con-  
cunitia & irreuerentiam factam sacramento Eu-  
charistiæ. Hæc duo exēpla refert ex dicto Cor-  
nelio Michael Buchingerus Colmariensis, in  
suo Tyrocinio de sacro altaris mysterio.

*Traiecti ad Mosam 200. homines in ponte choreas du-  
centes, nec Venerab. Sacramēto per Sacerdotē ad æ-  
groantem dilato, reuerentiam exhibentibus, ponte  
fracta omnes absorpti periēre, anno 1277. Ex Chro-  
nicis Traiectensibus Hermannii Scedil.* CAP.